

verùm adeò nō pudet eos inscitiae, vt potius ul-
trò gloriētur. Et sanè hāc laudem illis concedo,
quòd vbi ratione vincere nō possunt, mēdacio-
rum portentis impudenter obruāt innoxios. O
Theologos, lupos verius gregē Domini perden-
tes. Reuertor in aulam: efflagito vt cogantur
præsentes causam dicere aduersum me, & reli-
quos articulos proferre. Coacti adueniunt de-
cem, si benè memini: inter quos Odoardus ora-
toreorum, Picartus, Goueanus senex: reliquo-
rū nomina non succurrūt. Ingressi secretius cōfi-
liū multò frequentius solito, in quo Cardinales
omnes aulici, Episcopi, Magister equitū à rege
secundus, & Cancellarius. Decem illi, omnium
nomine, me solū oppugnāt. Iussi, & gerrimè pro-
ferūt articulos, aut si mauultis, errores: quorū
pars cum cēsuris, reliqui sine cēsuris, informa-
ti adhuc, nec (vt aiūt) qualificati. Discussis ple-
risque, multo cū risu omniū, propter tumultuo-
sas eorū rixas: quòd inter se dissidētes iā ad mu-
tuum & intestinum certamen accensi erāt, iuf-
sus sum & ipse pro me orare in promptu, nihil
tale expectans: in qua oratione durior fortasse
mea obiurgatio decem legatis visa est: sed tamē

b.iii.